

Crete, excepto de Venecijs solui debeant decem pro centenario ubi primo soluebantur sex exceptis pannis qui conducerentur illuc per Venetos, et fuissent extracti de Venecijs cum ordinibus terre, constando hoc duche et consiliarijs Crete per litteras rectorum unde ipsi panni extracti fuissent. Qui panni sint ad condicionem et onus pannorum qui conducuntur illuc de Venecijs. 35

Et mandetur duche et consiliarijs Crete quod predicta fatiant publicari quam cicius esse potest et notificent ea alijs rectoribus insule ut ipsa obseruent et fatiant obseruari. 40

7

Εὐκολίαι παρεχόμεναι εἰς τοὺς ἐμπόρους. 1372, Ἰουνίου 28.

- F<sup>o</sup> 16<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LXXII, die XXVIII Junij. 1
- Capta. Quod iuxta solitum subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Crete quod eorum mercationes subtiles quas presentauerint duche et consiliarijs Crete a die primo Septembris usque dies ccto mensis Octubris proximi, qui dictas mercationes poni fatiant sub suis clauibus et sigillo possint 5  
facere conduci Venecias cum nauigijs disarmatis, recedendo inde per totum dictum mensem Octubris, uerum si galee uiagij Alexandrie in suo reditu irent in Cretam pro leuando de dictis mercationibus subtilibus, ex nunc sit captum quod de ipsis mercationibus subtilibus debeat solui suum nabulum ipsis galeis uiagij Alexandrie, assignantibus patronis ipsarum galearum duche et consiliarijs Crete 10  
plazam siue locum ubi debuissent poni mercationes predictae et in quanta quantitate, de qua plaza siue loco, ipsi ducha et consiliarij nos informant. Et si casus occurreret quod dicte mercationes conducerentur Venecias ante aduentum dictarum galearum, ordinetur ex nunc quod grane statim dentur et assignentur mercatoribus quorum erunt, omnes uero alie mercaciones in nauibus uel nauigijs in 15  
quibus erunt, debeant presentari extraordinarijs, qui teneantur ipsas poni facere in magazenis sub suis clauibus et sigillo et non assignare alicui mercatorum quorum erunt, nisi quatuor diebus post reditum dictarum galearum uiagij Alexandrie Venecias. Et si quis contrafecerit cadat de 4 pro centenario ualoris mercacionum in suis bonis proprijs. Et committatur extraordinarijs quod inquirent 20  
de contrafacientibus et penas exigant habendo partem ipsarum ut de alijs sui officij. Et si consilium etc. De parte omnes. 22

8

- F<sup>o</sup> 17<sup>r</sup> Ὁ δούξ Κρήτης ἐπανερχεται ἐπὶ τοῦ ζητήματος τοῦ ἀριθ. 3. παρακαλῶν νὰ ἐπιτραπῇ εἰς αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους ρέκτορας οἵτινες θὰ ἐπιβῶσι τοῦ ἰδίας δαπάναις ἐξοπλιζομένου κατέργου τῶν εἰκοσι θρανίων νὰ μεταβῶσι μέχρι Βενετίας καὶ ἐκεῖθεν νὰ ἀποστείλωσι τὸ κάτεργον εἰς Κρήτην, διότι οὐδεὶς βουκένταυρος εὕρεσκειται μεταξὺ τῶν πλοίων τῆς νηοπομπῆς. 1372, Ἰουλίου 4.